



4 p 66 / 6 p 66 / 2 p 67



ÆGYPTIORUM
CODICUM

RELIQUIÆ

VENETIIS IN BIBLIOTHECA

NANIANA

ASSERVATÆ.

FASCICULUS I.



BONONIÆ

Typis Lælii a Vulpe. Anno MDCCLXXXV.
Superiorum permissu.

EGYPTIORUM
CODICEM



Digitized by the Internet Archive
in 2016

BENIGNO LECTORI

D. JOHANNES ALOYSIUS
MINGARELLIUS

ἐν Κυρίῳ χαίρειν .

MIraberis forsitan, humanissime Lector, me qui duodecim ab hinc mensibus ægyptias literas, illas scilicet quæ græcæ non sint, ne de facie quidem, ut sic loquar, noveram, Ægyptiorum Codicum Fragmenta non edere solummodo ausum esse, sed latino etiam sermone convertere: itaque interpretationes fortasse meas divinationes potius esse suspicaberis. Omnem igitur suspicionem a me statim removeam necesse est. Ac primum quidem ne tibi nimis audax fuisse videar, quasi onus, cui ferendo impar forem, ultro ac temere suscipere non dubitaverim, res quomodo pedetentim processerint, breviter expono. Quum primum ægyptia hæc Fragmenta Venetiis Bononiam mihi transmissa sunt, ut de illis in extremo græcorum Nanianæ bibliothecæ codicum, qui tunc imprimebatur, Elencho aliquid dicerem; equidem quum paucissima thebaico sermone conscripta in lucem hactenus prodiisse scirem, nihil aliud facere constitueram, nisi ea diligenter quidem descripta, nullo tamen scholio illustrata, typographo imprimenda tradere, quasi Catalogi illius appendicem: sed dispositis postea

illo, quem nunc habent, ordine sexagintaquatuor, quibus constant, membranis; ubi illorum tria Biblica esse deprehendi, Tertii exemplum Romam continuo ad doctissimum Virum Augustinum Georgium misi, ut illud evulgaret: nam bilingue aliud, thebaicum scilicet græcumque, Euangelii Johannis Fragmentum in lucem ab ipso edi intellexeram. Paulo post autem quum eximium illum virum gravissimis occupationibus distentum tam cito, ut erbar, illud in manus doctorum hominum emissurum non esse comperi, Biblica quæ dixi Fragmenta cum græcis, latinisque exemplaribus conferendo, atque interpretationum saltem varietates adnotando, illustrare ipsemet statui, reliqua sine ullis, ut tunc putabam, scholiis typographo traditurus. Quum primus iste conatus mihi non omnino infeliciter, nisi mea me opinio fallit, successisset, iamque plurimarum thebaicarum dictionum vim hac ratione didicissem; aliquibus cetera etiam Fragmenta heic atque illic illustrare adnotationibus cœpi: quod dum facere pergerem, illud tandem experiri etiam volui, utrum nonnullas saltem eorum partes Latine possem interpretari. Quid plura? Eo demum paulatim ventum est, ut ea non scholiis solum, sed perpetua etiam translatione illustraverim. Nonnulla quidem occurrebant identidem vocabula, quæ cum eorum significationem in tanta thebaicorum scriptorum paucitate detegere ac veluti eruere nullo modo valerem, a proposito me deterrebant: multo tamen pauciora hæc fuerunt, quam initio veritus fueram. Sed illud sancte ac firmiter asseverare possum, ubicunque in ea vocabula inciderim, aut locutiones, quarum ignota mihi esset, vel dubia si-

gnificatio, ibi Lectorem a me in scholiis religiose monitum fuisse: ubi vero nihil tale moneo, interpretationem meam non divinationem esse, sed genuinam, nisi summopere fallor, translationem.

Septemdecim porro sunt Naniana hæcce Fragmenta, eaque simul omnia ut uno volumine, sic uno eodemque tempore evulgare mens erat: sed ut nonnullorum, ac Voidei potissimum, Adlerique votis aliquo modo satisfacerem, ea nuper in binos quasi Fasciculos partiri coactus fui. Nam Londino quidem literas a clarissimo viro Carolo Voideo die 30. Decembris 1784. ad me datas Februario mense accepi, quibus hæc præter alia scripta erant. *Fragmenta (inquit) Novi Test. Sahidica, quæ N. Test. tertiam partem efficiunt, iam ante tres, et quod excurrit, annos, edenda paraveram. Sed editionem eorundem quædam Universitatis Oxoniensis circumstantice impediverunt. Removebuntur tamen brevi, ut spero, hæc impedimenta, et opus hoc tandem prodibit. Nactus sum nuper peropportune quadraginta circiter alia fragmenta ex Ægypto superiori, inter quæ etiam quædam N. T. partes comprehenduntur, quas operi huic interseram. Si tuum opus prodierit, utar eo quoque, et, si tua Fragmenta mihi desint, iis mea adaugebo: si ea iam habeam, conferam ea cum meis.* Hæc ille. Quibus perlectis, quonam pacto Londinum priora decem huius voluminis folia ipsi mittere quamprimum possem, cogitare statim cœpi. Sed cum paucos post dies aliæ ad me clarissimi Derossii literæ Parma allatæ essent, quibus enixe petebat, ut quæcunque folia proximo Junio mense impressa fuerint, ipsi mitterem, ut una cum altero præclaræ suæ Collectionis *Variarum Lectionum Veteris Testamenti* tomo

in Daniam ea transmitteret ad pereruditum studio-
sissimumque adolescentem Jacobum Adlerum, cui
maxime in optatis esset illa quam citissime fieri
posset sibi deferri, quid consilii caperem, anceps
diutius non mansi, sed volumen continuo in bi-
nos, ut dixi, Fasciculos partiri decrevi, ac primum
hunc statim evulgare.

De Fragmentis ipsis nihil habeo quod subiun-
gam: de singulis enim satis a me in volumine ipso
dictum fuisse comperies. In postremo, id est octa-
vo, Fragmento binas Sancti Antonii Abbatis epi-
stolas thebaica lingua scriptas invenies, alteram ad
S. Theodorum, alteram ad Sanctum Athanasium:
quas etsi valde breves, libenter tamen, ut spero,
excipies, utpote a tanto Viro exaratas, quem uni-
versi in terrarum orbe Christiani summopere suspi-
ciunt, colunt, venerantur. Neque vero illæ ante-
hac editæ unquam sunt, atque adeo ex omnibus
Sanctissimi Viri opusculis hæ solæ sunt, quas ægy-
ptiaca, qua ille scribebat, lingua exaratas, non
vero latine tantum, aut græce, aut arabice con-
versas, in Europa saltem habeamus.

Illud nunc tantummodo reliquum est, ut quod-
dam non magni momenti monitum adiiciam, ante-
quam præfandi finem faciam, ne qua in re vel le-
vi minus accuratus fuisse videar. Nimirum ubi li-
brarii punctum scripserunt, ego quoque in priori-
bus septem Fragmentis illud exscripsi: neque vero
me quod hoc fecerim, poenitet: sed in octavo Frag-
mento cœpi modo punctum, modo accentum scri-
bere; quod enim iamdiu suspicatus fueram, id ve-
rum esse in animum induxi, nempe sicut lineolæ
accentuum loco identidem supra literas ab ægyptiis

librariis ducuntur, ita punctum ad dexterum vocabuli latus appositum non pro puncto, sed pro accentu præcedentem syllabam afficiente habendum plerumque esse, sive ita ægyptiorum ferat consuetudo, sive id Exscriptorum inscitix tribuendum sit. Vale. Scribebam Bononiæ ad Sancti Salvatoris, ipsa die Cœnæ Domini, vigesima quarta Martii, anno supra millesimum septingentesimo octogesimo quinto.

ÆGYPTIORUM CODICUM

RELIQUIÆ

VENETIIS IN BIBLIOTHECA NANIANA

ASSERVATÆ.

ÆGYPTIORUM CODICUM

RELIQUIÆ.

Quum Indicis græcorum Codicum Naniana in Bibliotheca asservatorum impressio, anno 1781. inchoata, ad finem fere perducta iam videbatur, et pauca tantum folia prelo submittanda restabant, vetustissimæ sexaginta quatuor membranæ ex Ægypto Venetias delatæ, ac Bononiam hinc ad me transmissæ, duodevigesima Februarii die hoc ipso anno 1784. ad manus meas pervenerunt. Aperta arcula obstupui: græcas putabam, ægyptias reperi. Quid facerem? qui in Ægyptia lingua hospes plane essem atque adeo ἀναλφάβητος, ut ne figuras quidem Ægyptiarum litterarum noscerem? nunquam enim suspicatus fueram hujusmodi studium usui mihi aliquando fore. Tentandum aliquid statui, quamvis magistro, duce, grammatica, Lexico, omni demum præsidio destitutus. Kircheri *Prodromum*, Illustrissimi Præsulis Tukii grammaticam, et doctissimi Valpergæ sub Didymi Taurinensis nomine latentis *Rudimentum*, quod forte fortuna Parmæ nuper editum fuerat, mihi comparavi: Borgiana vero S. Coluthi Acta Velitris asservata, et ab eruditissimo viro Augustino Giorgi edita atque illustrata nuper acceperam: tum in Ægyptiæ linguæ studium totis viribus incumbere ausus sum, etsi propectæ iam, imo senili ætati parum aptum id videretur. Magno mihi adiumento Didymus Taurinensis fuit, cujus liber etsi brevior, multo tamen Tukio clarior est. Hujusmodi præsiidiis instructus trium priorum codicum reliquias Notis illustrare conatus sum, quas mox videbis. Hisce absolutis mense Maio Lacrozii de Ægyptia lingua optime meriti Lexicon ab humanissimo doctissimoque Præsule Stephano Borgia mihi ultro commodatum, ac Roma missum accepi. Huius ope reliquorum etiam quatuordecim codicum reliquiis lucem aliquam me allaturum speraveram: ubi vero tam exiguum Sahidicarum, quibus Thebaidis incolæ utebantur, vocum numerum ibi recenseri, atque explicari vidi, animum continuo despondi, ac membranas illas fideliter a me iam exscriptas typographo tradere statui quibus potero adnotationibus, aut nullis etiam illustratas, præsertim cum voluminis moles iusto major iam fieri videretur, ac tempus iam esset illud in lucem tandem emittere.

Franciscus interim Barattinius Ægyptias omnes literas ea forma quam in membranis habent, meo jussu ab ipsomet sculptas, cusas, fusasque pro impressione paraverat, earumque Specimen Junio ineunte edidit, homo cuiuslibet quidem litteraturæ expers, mirum tamen in modum accuratus. Specimini vero hæc subscripta erant, quæ nunc emendatius placet exscribere: $\alpha\text{NOK } \phi\text{P}\alpha\text{ΓKICKOC } \text{ΠB}\alpha\text{P}\alpha\text{T}\text{†}\text{NOC } \alpha\text{IX}\omega\text{K } \epsilon\text{BO}\lambda\ \bar{\text{N}}\text{NEI } \text{TY-}$
 $\text{ΠOC } \text{Z}\bar{\alpha}\ \text{BON}\omega\text{N}\text{I}\alpha\ \text{Z}\bar{\alpha}\ \text{ΠE}\text{ZOOY } \bar{\text{N}}\text{COY}\mu\text{HT}\alpha\omega\psi\ \bar{\text{N}}\mu\alpha\text{I}\text{OC}$
 $\text{Z}\bar{\alpha}\ \text{ΠE}\chi\text{P}\text{ONOC } \bar{\text{N}}\text{TE } \chi\bar{\text{C}}\ \omega\text{O } \mu\bar{\text{N}}\ \alpha\omega\psi\ \omega\epsilon\ \mu\bar{\text{N}}\ \text{Z}\bar{\alpha}\text{NE}$
 $\text{CTOOY:— } \mu\alpha\text{POY } \omega\text{NHT } \bar{\alpha}\mu\text{OOY } \text{Z}\bar{\text{N}}\ \text{OY}\mu\bar{\text{N}}\text{T}\chi\text{P}\text{HTOC } \bar{\text{N}}\text{OI}$
 $\text{N}\alpha\text{EIO}\text{TE } \text{I}\omega\text{Z}\alpha\text{N}\text{NH}\text{C } \text{Π}\text{N}\alpha\text{NI } \mu\bar{\text{N}}\ \rho\alpha\phi\alpha\text{H}\lambda\ \text{ΠTOY}\text{ZI } \bar{\text{N}}\text{E}\pi\text{IC-}$
 $\text{KO}\text{ΠOC } \mu\bar{\text{N}}\ \sigma\text{T}\epsilon\phi\alpha\text{NOC } \text{ΠB}\text{OP}\text{GI}\alpha\ \bar{\text{N}}\text{OY}\text{HHB } \bar{\text{N}}\text{C}\alpha\text{BE } \alpha\gamma\omega\ \bar{\text{N}}\text{-}$
 $\text{ZY}\text{ΠH}\text{PETHC } \bar{\text{N}}\text{ZENEPIC}\text{TATHC } \bar{\text{N}}\text{NETT}\alpha\omega\epsilon\text{O}\epsilon\text{I}\omega\ \bar{\text{N}}\text{T}\bar{\text{N}}\text{ΠICTIC}$
 $\epsilon\text{COY}\alpha\delta\text{B } \text{Z}\bar{\text{N}}\ \text{TOIKOY}\mu\text{ENH} . \mu\alpha\text{POY } \text{†CO } \text{N}\alpha\text{I } \bar{\text{N}}\text{OI } \text{Π}\text{GIOP}\text{GI}$
 $\text{Z}\bar{\text{N}}\ \text{ZP}\omega\mu\text{H } \mu\bar{\text{N}}\ \text{ΠOY}\alpha\lambda\text{ΠEP}\text{Γ}\alpha\ \text{ΠE}\text{T}\alpha\gamma\bar{\text{P}}\text{E}\text{ΠONOM}\alpha\text{ZE } \chi\epsilon\ \text{ZI-}$
 $\text{ZY}\mu\text{OC } \text{Z}\bar{\text{N}}\ \text{T}\alpha\gamma\text{PINON } \mu\bar{\text{N}}\ \text{ΠOY}\text{OY}\text{OIZ}\epsilon\ \text{Z}\bar{\text{N}}\ \lambda\text{ONZ}\text{INON } \mu\bar{\text{N}}$
 $\text{ΠZEP}\text{OC}\text{CI } \text{Z}\bar{\alpha}\ \text{Π}\alpha\text{P}\mu\alpha\ \mu\bar{\text{N}}\ \text{Π}\alpha\omega\text{B}\bar{\text{P}}\chi\omega\text{NEY}\text{THC } \alpha\gamma\omega\ \rho\bar{\alpha}\text{-}$
 $\text{Π}\omega\text{T}\text{Z } \bar{\text{N}}\text{NTY}\text{ΠOC } \text{ΠB}\text{OZ}\omega\text{NI:—}$

Sed iam de membranis ipsis dicendum: hæc vero generatim præmonenda censeo. Omnes hi codices vetustissimi sine dubio sunt, et decimo saltem Christi seculo longe antiquiores. Sed quantæ unusquisque antiquitatis sit, meum non est judicare, qui alios codices ægyptia manu exaratos nunquam vidi. singulorum specimina æri insculpta exhibeo: lector eruditus iudicet. Membranei omnes sunt, et XVII, aut XVI. manibus exarati, nullus e papyro. Vigintiquatuor litteræ, quas a græcis olim ægyptii, ut Moschi postea, mutuati fuere, ejus formæ sunt, cujus in græcis vetustissimis codicibus. literarum maiorum A, E, Λ, M, Σ, et Ω hæc figuræ nusquam heic conspiciuntur, sed illarum ubique forma hæc est, d, e, λ, μ, c, ω, sive maioris sint, sive minoris magnitudinis. Litteræ B, T, u, N, ω, z nusquam eo modo finguntur, quo apud Kircherum, atque in libris Romæ, Londini, alibique impressis: in quibus B non modo ejus formæ est, quam huic literæ Moschi tribuerunt in vetusto membraneo Bononiensis nostræ bibliothecæ codice Illyrica, aut Rutena lingua scripto, sed et inferne lineam quasi basin habet: T superne cornua deformiter inæqualia gerit: litera vero u latine litteræ U ferme similis nonnunquam est: N figuræ est inelegantis, quæ cum Π facile confunditur: ad dexteram literæ ω parva inferne cauda additur: ac demum literæ sive aspirationis z haud pulchra forma est. Nihil tale nostris in mem-

membranis occurrit, multoque minus literæ N figura illa, quam Kircherus in Prodomo pag. 286. commemorat, quamque *in fine dictionis* adhiberi ait instar literæ Nun finalis † Hebræorum: in Psalterio autem Romæ impresso alterius etiam aliquantulum diversæ formæ est. Ægyptii vero nostri, ubi loci angustia integram N literam non capit in fine versus, seu lineæ, compendium illud ipsum adhibent, quod in græcis codicibus, maxime si vetusti sint, invenitur, quod infra videbis in primo Specimine lit. 1. Litera vero sive aspiratio *Hori* eandem plane formam habet in nostris membranis, quam apud Moschos habet numeri senarii nota in Ruteno quem dixi codice, quamque inferius videbis in Speciminibus, itidem ut veteres reliquarum literarum formas. Vox a voce, interiecto inani spatio, non separatur (quod et in vetustis græcis libris, imo etiam in Ruteno Psalmorum codice, quem superius commemoravi, observare licet), nisi ubi aliqua occurrit interpunctio. Interpungendi autem ratio eadem fere in ægyptiis, atque in græcis codicibus. Punctum interrogationis nullo in loco apponitur. Punctum finale, seu potius nota finalis apud ægyptios, ut apud græcos, est hujuscemodi:— qualem vides in Speciminibus num. 1. Cæsura in extremo versu, quæ dictionem nondum perfectam esse indicet, nulla hæc reperitur. Litera Φ etsi eandem atque græca formam habeat, in omnibus tamen hisce membranis inagnum utrinque ventrem, secus atque apud græcos, habet, eumque rubris plerumque punctis interstinctum: cuius rei causam divinare quis valeat? In sinistro margine haud raro signum illud, quod in primo Specimine vides, sive crucem sive asteriscum vocare mavis, apponitur; ibi scilicet, opinor, ubi quid notatu dignum exscriptori videatur. Literæ non tam parvæ sunt, ut in græcis codicibus post septimum, aut octavum Christi seculum exaratis, sed majores: ex quo tamen cave inferas parvis literis ægyptios caruisse: nam hisce ipsis in membranis, quæ Monachorum in Choro, aut in Capitulo legentium usui destinata videntur, tametsi literæ sint plerumque fere *unciales*, ubi tamen in fine versus deficit aliquando spatium, literas video minores, et vetustis græcis minusculis similes. In omnibus septemdecim hisce codicibus unaquæque facies seu pagina binas habet columnas, ideoque integra membrana quatuor. Cuncti Sahidica seu Thebaidica dialecto scripti sunt, nullus Memphitica: in nullo tamen invenitur pro ω duplex illud ^o _o quod La-

crozius in Sylloge Sahidica memorat pag. 193, alterum supra alterum; sed semper OO in una eademque linea. Contingit quidem aliquando ut scriptor librarius vel ob spatii angustiam, vel quia ex oblivione literam omiserit, eam supra ceteras scribat, idque præsertim literis O, et Y contingit, ut videre licet in Specimine 1. lin. 2. sed non tam facile adducor ut credam quod Lacrozius ait, consuevisse Thebaidenses pro Memphitico $\mu\omega$ - $\omicron\gamma$ exempli gratia, vel pro Saidico $\mu\omicron\omicron\gamma$ scribere $\mu\overset{\circ}{\omicron}\gamma$. Si quid enim nonnumquam in codicibus occurrit extraordinario modo scriptum, id non est nationi toti, ac linguæ tribuendum.

I.

Ægyptii codicis fragmentum, quatuor membranis constans, longis uncias fere 1 $\frac{2}{3}$, latis unc. fere novem mensuræ Bononiensis, nitido caractere scriptus.

Continet Matthæi Euangelium ab extremo versiculo 27. Capitis XVIII. ad vers. 15. cap. XXI. Desunt initio una et triginta membranæ, nimirum 62. paginæ. Progreditur a pag. 60. ad 70^{am}.

Hujus Codicis propria hæc sunt. Commatum interpunctiones habet, quas vulgo virgulas dicunt, superne, aut inferne positas, ac spiritui græcorum tenui, et apostropho non absimiles. Lineolæ literis impositæ longiusculæ plerumque sunt: accentus circumflexo græcorum codicum accentui ubique similis, nusquam autem acuto græcorum, aut gravi. Septem in locis numeri marginales recentiore rudique, vetusta tamen manu, et nigriore atramento additi, quibus capitulorum, seu paragra-phorum vetus divisio atque initium indicari videtur. Omnia inferius fideliter exhibebo quantum per typos licebit, servata eadem omnino paginarum, columnarum, versuum, literarum distributione quæ in codicibus ipsis conspicitur. De hujus vetustate si quid iudicare possem, eum duobus qui sequuntur, antiquiorem dicerem. Aureo adhuc, ut sic loquar, ægyptiæ scripturæ tempore exaratus certe est, cum literæ ab ægyptiis ipsis nondum deformatæ fuerant, sed elegantes, pulchræ, genuinæ erant. Calligraphus vero hic accuratissimus est, ac de orthographia sollicitus; nullam enim fere lineolam, nullum accentum, nihil hujusmodi aliud omittere solet, ut cæteri sæpe: ab omnibus tamen mendis immunis non est. En prima pagina.

Pagina I.

εβολ • αχει'δεεβολη̄
 ÷ ο̄ιπ̄ᾱγᾱλε̄τᾱμᾱρ'
 ᾱχε̄ε'ε̄ο̄γᾱ'η̄νε̄μ̄ω̄β̄ρ'
 ζ̄μ̄ᾱλᾱπᾱι'ε̄νε̄μ̄η̄
 τᾱφε̄ρο̄μ̄η̄ω̄ε̄η̄σᾱ
 τε̄ε̄ρε'ᾱμᾱμᾱζε̄τε̄μ̄
 μο̄μᾱμ̄ω̄δ̄τ'μ̄μο̄μ̄
 ε̄μ̄ᾱμ̄μο̄ᾱε̄ᾱγ̄δ̄
 v. 29. πε̄τε̄ρο̄κ • ᾱμ̄πᾱᾱε̄τ̄μ̄
 δε̄η̄ο̄ῑπε̄μ̄ω̄β̄ρ'
 ζ̄μ̄ᾱλᾱᾱμ̄πᾱρᾱκα
 λεῑμ̄μο̄μ̄ε̄μ̄ᾱμ̄
 μο̄ᾱε̄ε̄ρο̄μ̄η̄ζε̄η̄τ̄
 ε̄ε̄ρᾱῑε̄ᾱω̄ῑτᾱτᾱᾱγ̄
 v. 30. νᾱκ̄τη̄ρο̄υ • η̄το̄μ̄
 δε̄μ̄π̄ῑμ̄ο̄γ̄ω̄ω̄'ᾱλ
 λᾱᾱμ̄β̄ω̄κᾱμ̄νο̄ᾱμ̄
 ε̄πε̄μ̄τε̄κ̄ο̄μ̄ᾱη̄
 v. 31. τ̄μ̄+μ̄πε̄τε̄ρο̄μ̄ • ᾱγ̄
 ÷ νᾱγ̄δε̄η̄ο̄ῑνε̄μ̄ω̄β̄ρ'
 ζ̄μ̄ᾱλᾱνε̄νε̄τᾱγ̄
 μ̄ω̄μ̄πε̄'ᾱγ̄λᾱμ̄πε̄ῑ
 ε̄μᾱτε̄'ᾱρε̄ῑᾱγ̄ᾱω̄
 ε̄πε̄μ̄ᾱε̄ο̄ῑε̄η̄ᾱω̄β̄
 η̄ῑμε̄νε̄τᾱγ̄μ̄ω̄
 v. 32. πε̄ • το̄τε̄ᾱμ̄ο̄μ̄τε̄
 ε̄ρο̄μ̄η̄ο̄ῑπε̄μ̄ᾱε̄ο̄ῑε̄
 πε̄ᾱμ̄ᾱμ̄ᾱε̄πε̄ζ̄μ̄
 ᾱλᾱμ̄π̄ο̄νη̄ρο̄ς'η̄η̄
 τη̄ρο̄ῡε̄τε̄ρο̄κ̄ᾱῑκᾱᾱγ̄
 νᾱκε̄βο̄λε̄τ̄βε̄ᾱε̄κ̄
 v. 33. σε̄π̄ω̄π̄ῑτ̄, η̄μ̄ω̄ε̄

η̄το̄κ̄ᾱνε̄ρο̄κε̄νᾱμ̄
 πε̄κ̄ω̄β̄ρ'ζ̄μ̄ᾱλᾱη̄
 θε̄ε̄ω̄ω̄κε̄νε̄τᾱῑ
 v. 34. νᾱνᾱκ • ᾱμ̄νο̄ῡο̄β̄τ̄
 η̄ο̄ῑπε̄μ̄ᾱε̄ο̄ῑε̄ᾱμ̄+
 μ̄μο̄μ̄ε̄το̄ο̄το̄γ̄η̄η̄
 βᾱσᾱνῑσ̄τη̄σ̄ω̄ᾱη̄
 τ̄μ̄+μ̄πε̄τε̄ρο̄μ̄τη̄
 v. 35. ρ̄μ̄ • τᾱῑο̄νε̄τε̄θε̄ε̄τ̄μ̄
 νᾱᾱσ̄νη̄τη̄η̄ο̄ῑ
 πᾱεῑω̄τε̄τ̄η̄η̄μ̄
 π̄η̄γε̄'ε̄ρε̄τ̄μ̄πο̄γ̄ᾱ
 πο̄γ̄ᾱκ̄ω̄ε̄βο̄λᾱμ̄πε̄μ̄
 σ̄ο̄νε̄η̄νε̄τη̄ζε̄η̄τ̄:—
 ᾱσ̄ω̄μ̄πε̄ᾱε̄η̄τε̄ρε̄ῑε̄
 v. 1. ᾱω̄κε̄βο̄λᾱη̄νε̄ῑω̄ᾱ
 c. 19. ᾱε̄ᾱμ̄π̄ω̄ω̄νε̄ε̄βο̄λᾱ
 ζ̄η̄τ̄γ̄ᾱλᾱῑᾱῑᾱᾱμ̄
 ε̄ε̄ρᾱῑε̄η̄το̄μ̄η̄το̄γ̄
 ο̄γ̄ᾱῑε̄πε̄κ̄ρο̄μ̄π̄ῑ
 v. 2. ο̄ρ̄ᾱη̄η̄σ̄ᾱγ̄ο̄γ̄ᾱζ̄ο̄γ̄
 η̄σ̄ω̄μ̄η̄ο̄ῑγε̄νη̄μ̄η̄
 η̄μ̄ε̄ε̄νᾱμ̄ω̄ο̄γ̄ᾱμ̄
 η̄π̄ᾱᾱε̄ρε̄ρο̄ο̄γ̄ᾱμ̄π̄ῑ
 v. 3. μ̄ᾱε̄τ̄μ̄μᾱρ • ᾱγ̄+
 ÷ πε̄ρο̄γ̄ο̄ο̄ῑε̄ρο̄μ̄η̄ο̄ῑνε̄
 φ̄ᾱρ̄ῑσ̄ᾱῑο̄σε̄γ̄π̄εῑρᾱ
 ζ̄ε̄μ̄μο̄μ̄ε̄μ̄ᾱε̄ο̄ῑε̄
 μο̄ᾱε̄ε̄νε̄ε̄ε̄ε̄ε̄τ̄ῑ
 μ̄π̄ρω̄μ̄ε̄ε̄νο̄γ̄ᾱε̄
 ε̄βο̄λᾱη̄τε̄μ̄ε̄μ̄ε̄κ̄ᾱ

ADNOTATIONES.

Cap. XVIII. εβολ. Postrema vox versiculi 27.
 αχει. prima vers. 28. Porro ει εβολ valet, *exire*. Hanc
 locutionem videre mihi videor etiam in Actis S. Coluthi p. 83.
 Itaque tenere me nequeo quin opinionem illo de loco meam heic
 expo-

exponam, postquam clarissimi Georgii incredibilem eruditionem plurimi a me fieri professus fuero, etsi aliter non raro sentiam atque interpreter. Id autem nemo mirabitur qui noverit Saticam linguam haud multis ab hinc annis in Europa innotescere cœpisse, et nunc veluti reviviscere, adeo ut Kirchero ignota prorsus fuerit, Lacrozio autem ipsi parum nota. Sed iam affero ipsum locum: ἈΠΕΙ ΚΟΙΝΩΝΕΙ Μῆ ΡΩΜΕ ΧΙΝ†ΔΙ: ΕΙ ΕΒΟΛΖῆ ΖΗΤῆ ΕΝΤΑΜΑΔΥ ΝCΔ ΠΑΖΔΙ ἈΜΑΥΔΑΤ. ego sic verto: *communione non habui cum homine ex quo exivi ab utero matris meæ, nisi cum marito meo solo*. Itaque ΔΙ et ΕΙ simul iungens lego ΔΙΕΙ: et particulam ΝCΔ expono, *nisi, vel, excepto*: quo sensu acceptam reperies infra in vers. 17. cap. XIX, ubi ΝCΔ ΟΥΔ valet *nisi unus: excepto uno: prater unum*. Eodemque sensu adhibetur in Fragm. VI. pag. 235. ubi Auctor ait: ΔΥ ΘΕ ΠΕ ΠΕΒΙΩ ΝCΔ (idest, *nisi*) ΠΥΔΧΕ.. ΝΝΕΓΡΔΦΗ. Denique exscriptor librarius rectene exaravit ΧΙΝ†ΔΙΕΙ, an scribere debuit, ΧΙΝ†ΔΙΕΙ. Apud Tukium sane pag. 488. legitur ΧΙΝ†ΔΙΕΙ ΕΖΟΥΝ, *ex quo intravi (dactchè entrai)*. Et pag. 59. ΧΙΝ ΕΙΧΙ ΕΚΙΒΕ. Neque vero huic librario injurius sum, dum ita suspicor: nam alia etiam loca non sine mendis exaravit, ut reor. Quæ hactenus dixit pia femina, ea magis confirmat verbis, quæ proxime subjicit: ΔΥΩ ΕΥΩΠΕ ΔΙΧΩΖῆ ΤΑCΑΡΖ Μῆ ΡΩΜΕ ΝΨῆΜΟ ΝΝΕ ΠΧΟΕΙC CΩΤῆ ΕΡΟῖ ἈΠΝΔΥ ΝΤΑΔΝΑΓΚΗ. Quæ interpretari nequeo, quin a doctissimi Georgii translatione recedam. Non verbum ΧΩΖ *tangere* adhibet hoc loco Ægyptius historicus, sed verbum ΧΩΖῆ, *inquinare*: quod memphitice est ὠθηεῦ. In voce vero ἈΠΝΔΥ non latet verbum ΝΔΥ, *videre*, sed valet, *in hora: tempore*: sic apud Tukium pag. 500. ἈΠΝΔΥ ΝΡΟΥΣΕ (ut alia omittam exempla) valet, *tempore vespertino*, et p. 525 ΝΔΩΝΝΔΥ, *qua hora*. Demum ΔΝΔΓΚΗ, *necessitas*, denotat etiam *afflictionem* apud Hellenistas, ut recte docet magnus Mazochius in Spicilegio tom. 3. pag. 164, eandemque significationem ab Ægyptiis quoque interdum ei voci tribui crediderim: crebro enim græcissant. Itaque sic libenter interpretarer: *quod si carnem meam cum alieno homine inquinassem, Dominus me non exaudiret in hora (i. e. tempore) necessitatis (vel, angustia) meæ*.

² Nota lineolam nimis longam in articulo ΝΟῖ; parvam crucem in margine; et comma, seu virgulam in extrema secunda linea.

³ De radice ΖΕ, quæ et *invenire* significat, et *deficere*, et *cade-*

eadere, agit vir doctissimus Augustinus Georgius locum quemdam Actorum S. Coluthi illustrans, tomo 4. *Anecd. Litter.* pag. 99. et 101. Sed si a tanti viri opinione discedere liceret, aliam eius loci interpretationem proponerem. Verba Ægyptii Scriptoris sunt: ΔΥΩ ΝΓΖΟΟΣ ΔΝ ΕΤΡΕΚΣΕ ΕΡΟΣ ΖΝ ΟΥΟΟ-ΟΥΤ̄Ν. Georgius sic vertit: *et difficultas non faciet eam* (mulierem) *tibi deficere in directione*. Mallem sic: *et non defatigaberis, ut eam rectà invenias* (*e non durerai fatica a trovarla a dirittura*). Nimirum in ΝΓ litera Γ est pro litera Κ, nota secundæ personæ, ut inferius XIX. 20, et apud Tukium pag. 355, et alibi passim. ΖΟΟΣ autem verbum puto esse, non nomen. Quæ cum ita sint, dici nequit, ibi ΓΖ positum esse pro vehementiori Memphitarum aspiratione h.

⁴ ΕΟῩΔ̄, *unum*. Accentus est supra d.

⁵ ΠΔ̄Ι. Duo puncta supra l non promiscue scribit hicce calligraphus, ut alii, sed tunc tantum cum vocalis præcedit, ut in ΕΣΡΔ̄Ι, ΕΧΩ̄Ι, ΤΕ̄Ι, et similibus; tunc scilicet ut coniicio, cum dl, el ita pronunciari debent, ut utriusque literæ sonus audiatur, non vero græcorum more, e, et i, sed ai, et ei.

⁶ ΝΩ̄Ë *centum*. Accentus est supra e. Minutiora hæc si per typos exhiberi poterunt, lector ipse observabit in posterum. ΝCΔΤΕΕΡΕ, *denarios*. Nomen hoc CΔΤΕΕΡΕ, *denarius*, Lacrozius in Sylloge omittit, ut alia innumerabilia. Memphita diceret CΔΘΗΡΙ. Cetera vocabula, quibus Sahidica Lacrozii Sylloge hinc locupletari potest, per se observet eruditus Lector: nam passim occurrent.

⁷ ΔΥΩΒ̄Τ̄ *strangularvit*. Radicem Thebaidicam ΟΒ̄Τ̄, *strangularare*, imo etiam vocem ΔΥΟΒ̄Τ̄, *strangularvit*, habet Lacrozius in Sylloge, sed utramque cum O parvò scribit. Thebaidenses verbum ΩΒ̄Τ̄ duxisse videntur a Memphitico ΩΩῩΤ̄, quod est *trahere incedendo* (*strascinarsi dietro*).

⁸ Notanda hæc vox ΔῩ *redde, da, cedo*. In Actis S. Coluthi pag. 85. legitur vox ΔΥΕΙC, quam Georgius vertit, *sine*, i. e. *permitte*. Memphitæ dicunt ΔΥΙC, Φέρε, *fer*, quod Lacrozius in Lexico derivat ex verbo Memph. l, et affixo fæminino C. Nonne suspicari possumus vocolam ΔΥΕΙC compositam esse ex hoc nostro ΔῩ, et dictione ΕΙC, *ecce?* ita tamen ut in familiari sermone ΔΥΕΙC valeat, Φέρε, *eja, cedo*, aut etiam *sine, permitte*.

Vers. 29. ΔΥΠΑΣΤ̄Ῡ ΔΕ ¹ ΝΟ̄Ι ΠΕΥΩ̄Β̄Ρ̄Σ̄ῩΣ̄Δ̄Λ ² ΔΥΠΔ-ΡΑΚΑΛΕΙ ³ ὤμοϋ εϋχῶ ὤμοϋ ⁴ ΧΕ ΣΡΟΥ ΝΣΗΤ ⁵ ΕΣΓΔ̄Ι ΕΧΩ̄Ι ΤΑΤΔΔῩ ⁶ ΝΑΚ ΤΗΡΟΥ.

b

¹ ΔΕ,

¹ ΔΕ, *autem*. Græcus textus, οὖν, *ergo*. Vulgatus, *et*.

² Gr. text. addit: εἰς τὰς πόδας αὐτῆ, *ad pedes eius*: quæ in Vulg. non leguntur. Ægyptius noster ea omittens Vulgatum hoc in loco sequitur, non, ut alibi plerumque, græcum.

³ Gr. et Vulg. παρεκάλει, *rogabat*. Ægyptius græci textus verbum παρεκάλειν retinet ægyptia terminatione: ἀϋπιδράκδ-λει, *rogavit, hortatus est*.

⁴ ΖΡΟΥ ΝΖΗΤ, *patientiam habe*. De memphitico verbo ΖΡΟΥ, cujus loco scribitur etiam ΖΟΡΟΥ, *gravari*, vide Lacrozium. Quid autem in Thebaide valeret hæc locutio ΖΡΟΥ ΝΖΗΤ, ex nostro ægyptio Int. discimus. Ex quarti vero codicis reliquiis pag. 65 paulo post addiscemus abstractum nomen in superiore ægypto hinc efformatum, ΜΝΤΖΑΡΩΖΗΤ, *patientia, longanimitas (l'andar tolerando)*.

⁵ ΤΑΤΑΥ, *et ego reddam*. Verbum ΤΑΔ Lacrozio ignotum, valet *dare, tradere*, ut mox videbis rursus Johann. XI. 22, et apud Tukium sæpe. Quod si ei addatur particula ΕΒΟΛ, valet *emittere, dar fuori*, ut in Actis S. Coluthi pag. 85, ubi legimus: ΑΥΤΑΥ ΕΜΟΟΥ ΕΒΟΛ, *dederunt aquam foras*, i. e. emiserunt, *mandarono fuori*. Nempe ΑΥΤΑΥ ΕΜΟΟΥ positum est pro ΑΥΤΑΥ ΕΜΟΟΥ, si exscriptor non erravit. Additamentum vero syllabæ inseparabilis ΤΑ ante ΤΑΥ valet, *et ego*. Exempla in Tukio passim occurrent. In Actis quoque S. Coluthi pag. 81. ΤΑΧΩΚ ΕΒΟΛ valet, *et ego perficiam*: ac pag. 85. rursusque 86. ΤΑΜΑΖΟΥ, *Et ego implebo eos*: ac demum pag. 95. ΤΑΤ, *et ego dabo*.

Vers. 30. ΝΤΟϚ ΔΕ ἈΠῆΟΥΩΥ' ἀλλὰ ἀϋβωκ ἀϋνο-
 χῆ ¹ επεωτεκῶ ² ὑαντῆτ ἄπετεροϚ.

¹ ἀϋνοχῆ... *Lo cacciò (in prigione)*. Radix est ΝΟΥΧΕ Lacrozio ignota, quæ affixis conjuncta amittit Υ, et Ε.

² επεωτεκῶ, *in carcerem*. Primæ literæ Ε infima portio tantum remanet in codice, perforatâ ibi membrana: sed perspicuum est ita scriptum fuisse: nam Ε heic valet *in*. Simile quid evenisse opinor in S. Coluthi Actis ubi cl. vir. Georgius pag. 83. edidit: ἈΠΒΟΛ ΝΤΚ CINCUNID ἈΠΔΖΔΙ, et vertit, *præter tui, mariti mei, consuetudinem*. Literam Ο in membrana veteri deletam magna ex parte fuisse, aut evanuisse suspicor, ac legendum esse: ἈΠΒΟΛ ΝΤΚΟΙΝCUNID ἈΠΔΖΔΙ, i. e. *excepta consuetudine mariti mei*. Nam neque græca est, nec ægyptia vox CINCUNID, ac si ita emendemus, longe clarior est oratio.

Vers. 31. ΔΥΝΑΥ ΔΕ ΝΒΙ ΝΕΥΩΒΡΣΩΔΑΛ ΕΝΕΝΤΑΥΩΩ-
ΠΕ' ΑΥΛΥΠΕΙ' ¹ ΕΜΑΤΕ' ΑΥΕΙ' ΑΥΧΩ ΕΠΕΥΧΟΕΙΣ ΝΩΩΒ
ΝΙΩ ΕΝΤΑΥΩΩΠΕ.

¹ ΑΥΛΥΠΕΙ, *contristati sunt*. Gr. ἐλύπηθησαν. Æg. Int.
græcum verbum reinens ægyptiace terminat dicens ΛΥΠΕΙ pro
λυπέσθαι, non vero pro λυπέων.

Vers. 32. ΤΟΤΕ ΑΥΜΟΥΤΕ ΕΡΟΥ ΝΒΙ ΠΕΥΧΟΕΙΣ ΠΕ-
ΧΔΩ ¹ ΝΑΩ ΧΕ ΠΩΩΔΑΛ ΑΠΟΝΗΡΟΣ' ² ΝΗ ³ ΤΗΓΟΥ ΕΤΕ-
ΡΟΚ ΔΙΚΑΔΥ ΝΑΚ ΕΒΟΛ ΕΤΒΕ ΧΕ ⁴ ΑΚΣΕΠΩΠΤ,

¹ ΠΕΧΔΩ, *dixit*. Gr. λέγει, *dicit*. Vulg. ait.

² Gr. πονηρὲ, *nequam*. Ægyptius græcam vocem ægyptiam
facit. ΑΠΟΝΗΡΟΣ, *o nequam*.

³ ΝΗ. Gr. ἐκείνην, *illam*. Vulg. pronomem hocce omittit.
Ægyptius Int. græcum sequitur, et habet: *hæc omnia debita tua*.

⁴ ΕΤΒΕΧΕ, *propterea quia*. Notanda hæc particula: de illa
enim tacet Lacrozius quum in Memphitico ΕΘΒΕ, tum in Sa-
hidico ΕΤΒΕ.

⁵ ΑΚΣΕΠΩΠΤ, *rogasti me*. De radice ΣΟΠΣΕΠ, et de
decurtata ΣΟΠΣ docte Georgius pag. 191. Heic habemus etiam
ΣΕΠΣΩΠ, et apud Tukium pag. itidem 191. ΣΕΠΣ; ibi enim
legitur, †ΝΑΣΕΠΣ, *rogabo*. Videntur ergo ægyptii, Hebræo-
rum instar, consonantium magis, quam vocalium rationem
nonnumquam habuisse, quod multis exemplis confirmari posset.

Vers. 33. ΝΩΩΥΕ ¹ ΝΤΟΚ ΑΝ ΕΡΟΚ ΕΝΑ ² ΑΠΕΚΩ-
ΒΡΣΩΔΑΛ ΝΘΕ ΖΩΩΚ ΕΝΤΑΙΝΔ ΝΑΚ.

¹ ΝΩΩΥΕ. Vulg. addit, *ergo*. Gr. et æg. omittunt. Co-
dex tamen Cantuariensis addit οὐν.

² ΕΝΑ. Cum accentu. Sed mox ΕΝΤΑΙΝΔ, sine accentu.

Vers. 34. ΑΥΝΟΥΘ̄ ¹ ΝΒΙ ΠΕΥΧΟΕΙΣ ΑΥ+ ΑΜΟΥ ΕΤΟ-
ΟΤΟΥ ΝΝΒΑΔΑΝΙΣΤΗΣ ² ΩΑΝΤΩ+ ΑΠΕΤΕΡΟΥ ΤΗΩ.

¹ ΑΥΝΟΥΘ̄. Ignota Lacrozio radix ΝΟΥΘ̄, *irasci*. In-
notuit nuper ex Tukio, apud quem pag. 418. †ΝΟΥΘ̄ est
exacerbare.

² Vox e græco textu sumpta, qui habet τοῖς βασανισταῖς,
tortoribus.

Vers. 35. ΤΑΙΟΝΤΕΘΕ ΕΤΩΝΑΔΣ ΝΗΤῆ ΝΒΙ ΠΑΕΙΩΤ
ΕΤΩΝΑΠΗΥΕ' ¹ ΕΡΕΤΑΠΟΥΑ ΠΟΥΑ ΚΩ ΕΒΟΛ ² ΑΠΕΥΣΟΝ
ΩΝ ΝΕΤῆΖΗΤ.

¹ ΕΤΩΝΑΠΗΥΕ. Gr. et Vulg. ὁ ἐπεράνιος, *caelestis*. Ægypt.
eodem sensu: *qui in calis est*.

² ΕΡΕΤΑΠΟΥΑ ΠΟΥΑ ΚΩ ΕΒΟΛ, *si non remisistis unum*

quisque. Gr. addit, τὰ παραπτώματα αὐτῶν, *ipsorum delicta*, seu *offensiones*. Id neque in Vulg. est, nec in Ægyptio Interprete, neque in Cod. Cantuariensi. Ægyptius calligraphus ubi desinit caput XVIII, apponit notam finalem, ut græci.

Cap. XIX. Vers. 1. ἀψωπε δε¹ ἤτερε ἰϞ² χωκ εβολ ἡνεΐψαξε ἀψωونه εβολ ζἢ τγαλιδα ἀφει εβραϊ εἴτωψ ἡ+ΟΥΔαδ³ ἐπεκρο⁴ ἄπιουρδανησ.

¹ δε, *autem*. Gr. et Vulg. καί, *et*. Has parvi momenti varietates lector ipse in sequentibus notare poterit. Numerus marginalis γ, i. e. 90, ad initium pertinet hujus capituli: adeo autem a genuina ac vetusta forma γ desciscit, ut latinæ literæ u similis fere videatur: quam formam in nullo e sequentibus sexdecim codicibus habet. Multis itaque post exaratum codicem seculis additos puto numeros hosce marginales. Margo ipse heic phrygio opere ornatus ac pictus est variis coloribus, ut alibi sæpe quum in hoc, tum in aliis qui sequuntur.

² ἰϞ. Nomen integrum ΙΗϞΟΥϞ numquam in his membranis invenies: ubique per compendium scribitur. ἀψωونه εβολ, *transmigravit*. Verbum ψωونه Sahidicum plane. Lacrozius in Sylloge scribit etiam ψωνε, et ποον. Apud Jeremiam sane XIV. 19. mox videbis ἀψποονεϞ, ubi propter suffixum pronomen, opinor, ω vertitur in ο.

³ ἡ+ΟΥΟΥΔαδ. Humanum est errare. Mendum scriptoris librarii corrige, et scribe ἡ+ΟΥΔαδ, quamvis apud Tulkium pag. 64, et 75. in textibus Thebaidicis impressum legatur +ΟΥΔαδ.

⁴ ἐπεκρο, πέραν, *trans*. Memph. χρω, Said. κρο est *littus*, *ripa*.

Vers. 2. ἀουαδου ἡωψ ἡβι ζενμηηψε ενδψωου ἀψπαδρε¹ εροου ζἄμμα ετἄμαγ.

¹ Verbum ψπαδρε, *curare*, *sanare*, ignotum Lacrozio. Affert pag. 189. nomen παδρε, sed non explicat.

Vers. 3. ἀτ+ πεουοϞι εροϞ ἡβι nefariccαιος¹ ερπειραζε² ἄμοϞ ερχωἄμοσ³ χε ενε εζεστἰ⁴ ἄπρωμε ενουχε εβολ ἡτεϞ οζιμε κα⁵...

¹ Pharisæorum ægyptium nomen cum duplici CC scribitur etiam in codice sequenti. Cur græcorum hac in re scripturam non sequantur ægyptii, nescio: nisi forte literæ hebraicæ *Shin* duo CC melius respondere crediderint quam unum, literam vero hebraicam *Samech* per unum C exprimi: quod mihi sane non displicet.

² Gr. text. παράζοντες. Inde Ægypt. εΥΠΕΙΡΔΖΕ.

³ Gr. addit αὐτῶ, ei. Vulg. et æg. omittunt.

⁴ ΕΞΕCΤΙ. Gr. text. ἔξιστιν. Quod idem est. Exscriptor accentum supra I ponit, ut solet in græcis vocibus.

⁵ Mendum aliud diligentis ceteroqui exscriptoris. Syllabam ka dele aut heic, aut initio sequentis paginæ.

Pagina II.

μαθ

ΞΔ

v. 4. kaTadITIdNIU² · NTOQ
 Δεδφογωυβεφχω
 μμοc · ² Δεμπετῆ
 ου³ χεπενταq
 cωνῆ⁴ Δινῆωο
 Pῆενταqταμιοy
 zooyT⁵ μῆoycσιμε.
 v. 5. ayw¹ ετβεπαῖπρω
 μεnkaπεφειωT
 ῆωqμῆτεqμα
 ay² nῆτωβε³ μμοq
 ετεφcσιμε^ῆ cεωω
 πεμπεcndyeyca
 v. 6. Pξ⁴ ῆoyωT · ζωcTe
 θε^ῆ cnaγandλλαoy
 caPξ^ῆ ῆoyωTTe ·
 ΠενταπnoyTeβε
 ωoῆ^ῆ ² ἄπῆTpeῆ
 v. 7. Pωμεπορχῆ · Πe
 — xaynaqxeεTβεoy
 θεμωγcnc¹ ζωn
 ετοoTῆe^ῆ nayῆ
 oyxωωμε² ῆTcy
 v. 8. ειoεnoχογεβολ · Πe
 xaynaγxeεTβεTe
 TῆμῆTnaωT
 zHTaμωγcnc⁺
 TeziHHHTῆenoY
 xε^ῆ εβολ³ ῆnetῆzi
 ome · xintezooyeTe
 Δεμπcωωπεzi

v. 9. Naī · Txωδεμμοc
 NHHTῆxεπεT¹ na
 noYxεεβολῆTeq
 cσιμεaxῆnoYωa
 xe² ἄπορnia³ nῆzmo
 ocμῆκεoyeīqoῆ
 v. 10. noEIK · ⁴ Πeχαγnaq
 ÷ ῆῆineqμαῆHTHC
 xεωxεTaitetai
 Tia¹ ἄπρωμε^ῆ μῆ
 Teφcσιμε^ῆ cῆnoyρε²
 v. 11. dnexiγιμε³ · ῆ
 ToqδεΠeχαqnaγ
 xeμῆ¹ oYonniωqī
 zaΠeīωaxε^ῆ αλλα
 nENTayTaaqnaγ
 c. 12. Πe · oYnzencioyP
 ÷ γapENTayxπooY
 εβολ zῆzHTῆῆTeY
 μaayῆTeize · ayw
 oYῆzencioyPnaīῆ
 TayayῆncioyPεβολ
 ziTootoYῆῆPw
 με · aywoYῆzenci
 oYPnaīENTayay
 ῆncioyPμμινμμο
 oyεTβεTμῆTePO
 ῆἄπῆye¹ · ΠeTe
 oYnδoμμμοφeqī
 v. 13. μαρεφqi · ToTe
 ayeinenaqῆzenci

¹ Gr.

¹ Gr. text. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, *quacunque ex causa*. Ægyptius Int. binas e græco voces mutuatur. S. Matthæi nomen theb. ⲙⲁⲑⲑⲁⲓⲐⲐⲟⲥ superior margo alternis habet.

Vers. 4.) ² Gr. text. et Vulg. Int. addunt αὐτοῖς, *ipsis*. An suspicabimur omissum esse ΝΔΥ a librario? At ne Codex quidem Cantuar. cui ægyptius Int. haud raro consentit, pronomen illud habet.

³ Radix ΩΩ non solum apud Memphitas valebat *legere*, sed et in Thebaide.

⁴ Vulg. addit, *hominem*. Gr. et ægyptius omittunt.

⁵ Memphitice ΖΩΟΥΤ, *masculus*.

Vers. 5.) ¹ ΔΥΩ. Gr. et Vulg. addunt εἶπεν, *dixit*. ægyptius Int. omisit, et subintelligi voluit: alioqui vertisset, ΔΥΩ ΠΕΧΔΩ ΧΕ ΕΤΒΕ...

² Gr. et Vulg. τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, *patrem et matrem*. ægyptius, *patrem suam, et matrem suam*.

³ Memphitice ΤΩΜ. Sahidice ΤΩϞΕ. Vox addenda Sahidicis.

⁵ Gr. εἰς σάρκα, *in carne, aut in carnem*. Ægypt. habet græcum nomen Ⲙⲁⲣⲉ cum ΕΥ pro ΕΟΥ. Miror supra literas ΓΞ lineolam esse utrasque complectentem: nihil enim sane suppleendum est inter pronunciandum. Attamen codice ix. pag. ΠΔ. col. 2. vox ⲙⲁⲐⲦⲒⲄ scribitur et ipsa cum lineola supra ΓΞ.

Vers. 6.) ¹ Gr. text. ὥστε ἐκέτι. Vulg. *itaque iam*. Ægypt. retinet ΖΩϞΤΕ, et addit ΘΕ, quod valere solet *ergo*: sed ex hoc loco apparet ΘΕ in Thebaide valuisse etiam, *Jam*.

² ΩΩΝΒ valet *conjungere*, ut ex hoc loco discimus, et ΠΟΡΧ *separare*. Vide Tukium pag. 219.

Vers. 7.) ¹ ΜΩΥϞϞ. Accuratus calligraphus supra literam Υ heic unum punctum ponit, tum duo paulo post: ut nomen trium syllabarum esse indicet, non duarum, sicut opinor. Quæ vero sequuntur, eundem sensum quidem habent, quem græcus textus, et Vulg. Interpres: sed verba discrepant. Totum versiculum sic ad verbum interpretor: *quare ergo Moyses præcipit nobis dare ipsis libellum repudii (sive retributionis) ad dimittendas (ejiciendas) eas?*

² ΧΩΩΜΕ, Memphitice ΧΩΜ, est *libellus*. ΤΟΥΕΙΟ Sahidice ex Psalmo XCIV. 2. apud Tukium pag. 345. est ἀνταπόδοσις, *retributio (il contraccambio)*. Memphitice vero τὸ βιβλίον τῆ ἀποστασίε, *libellus repudii*, apud Isaiam L. 1. dicitur ΠΧΩΜ ΝΞΙΟΥΙ ΕΒΟΛ, ut Lacrozius monet pag. 170.

Vers.

Vers. 8.) ¹ ΕΝΟΥΧΕ' ΕΒΟΛ, *di cacciar via*. Notandus accentus in fine verbi ΝΟΥΧΕ', qui tamen paulo post omittitur.

Vers. 9.) ¹ Gr. ὅς ἄν. Vulg. *quicumque*. Ægypt. ΠΙΕΤ, *ille qui*.

² Gr. text. et Vulg. Int. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, *nisi ob fornicationem*. Sed Cod. Cantuar. παρεκτό; λόγῃ πορνείας: quæ ægyptius ad verbum vertit.

³ ἈΠΟΡΝΙΔ'. Int. æg. retinet vocem græci textus. Librarius vero eam depravat scribens ι pro ει, more (ut communis fert opinio) memphitico. Malim scripsisset ἈΠΟΡΝΕΙΔ' more Thebaidico, et elegantiore.

⁴ ΝΩΙΚ memphitice, *adulter, mæchus*, Sahidice ΝΟΕΙΚ. Nota accentum in ΟΥΕΪ, *una* (memph. ΟΥΙ), et in ΨΩ, *est*, (memph. ΨΟΙ, aut ΕΨΟΙ). Quia vero in hoc vers. 9. verbum μοιχᾶται, *mæchatur*, bis occurrit, exscriptor humani quid passus a primo loco ad secundum transiit, et intermedia omisit, καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται, *et qui dimissam duxerit, mæchatur*: quorum verborum ægyptia versione Thebaidicè facta privati sumus hac de causa. Hujusmodi menda in omnibus quarumlibet linguarum codicibus sæpe occurrunt. Hinc orta celebris illa omissio vers. 7. cap. V. ep. 1. Joannis multis in membranis: *Tres sunt qui testimonium dant in calo* etc.

Vers. 10.) ¹ ΤΔΙΤΙΔ. Gr. eodem vocabulo: ἡ ἀτίτᾳ.

² Gr. et Vulg. *cum uxore*. Æg. addit pronomen ΤΕΨ, *sua*.

³ De voce ΕΡΝΟΥΡΕ vide in seq. Fragmento, XI. 50.

⁴ ΖΙΩΕ. Scriptor librarius exaraverat ΕΖΙΩΕ. Nunc literæ Ε vestigia tantum manent, ac spatium ubi ea fuit. An casu, an consulto deleta fuerit, ignoro. Si memphitæ dicunt ΖΙΩΙ pro ΕΖΙΩΙ, *mulier*, Thebaidensibus quoque usitatum esse potuit etiam ΖΙΩΕ pro ΕΖΙΩΕ, præsertim cum pluraliter *mulieres* et ΖΙΩΕ nemine diffitente dicantur et ΖΙΩΙ sine litera Ε.

Vers. 11.) ¹ Notandum illud ΜΝ, cui negandi vis heic tribuitur, quasi esset ΜΜΟΝ. Sic etiam vers. 17. hujus capituli.

Vers. 12.) ¹ ΝΩΠΗΥΕ. Paulo post invenies ΝΩΠΗΟΥΕ. Quod indicio est heic ΟΥ pronunciari ut v consonantem. Ceterum constantem ac certam semper non esse orthographiam apud ægyptios librarios apparet. Ita ex. gr. verbum ΨΙ in hoc ipso vers. 12. scribitur cum accentu in ΕΨΪ, et sine illo in ΜΡΕΨ ΨΙ.

Pagina III.

- ΨΗΡΕΨΗΜ ΖΕΚΑΣ
 ΕΦΕΤΑΛΕ ΝΕΦΘΙΧ
 ΕΣΡΑΪ ΕΧΩΟΥ Νῆ
 ΨΛΗΛ · ἄμαθητης
 ΔΕ ΔΥΕΠΙΤΙΜᾶ¹ ΝΑΥ.
- v. 14. ΠΕΧΑΔΥ ΔΕ ΝΟΙ ἸΘ ΧΕ
 ΚΑ ΝΨΗΡΕΨΗΜ'
 ΔΥΩ ἄπῆκωλ ἦ¹ ἄ
 ΜΟΟΥ ΕΤΡΕΥΕΪ ΨΑΡΟΪ,
 ΤΑΝΔΑΪ ΓΑΡ ΝΤΕΪΜΙΝΕ'
 ΤΕ ΤΑΝΤΕΙ Ὁ ΝἄΠΗ
- v. 15. ΟΥΕ · ΑΥΤΑΛΕ ΝΕΦΘΙΧ
 ΕΣΡΑΪ ΕΧΩΟΥ ΑΥΒΩΚ
 ΕΒΟΛΖᾶ ΠΜΑ ΕΤᾶ
- v. 16. ΜΑΥ · ΕΙΣ¹ ΟΥᾶ ΔΕ ΑΥ†
 ΠΕΦΟΓΟΪ ΕΡΟΥ ΕΥΧΩ
 ἄμος ΧΕ ΠΟΔΣ ΝΑΓΔ
 ΘΟΣ² ΟΥΠΕ†ΝΑΔΥ ΧΕ
 ΚΑΣ ΕΙΕΧΙ³ ἄΠΩΝῆ
- v. 17. ΨΑΕΝΕΣ · ΝΤΟΥ
 ΔΕ¹ ΠΕΧΑΔΥ ΝΑΥ ΧΕ
 ΔΣΡΟΚ ΚΜΟΥΤΕ ΕΡΟΪ
 ΧΕ ΠΑΓΔΘΟΣ² · ἄΝ ΔΓΔ
 ΘΟΣ ΝΟΑ³ ΟΥΔ ΠΝΟΥΤΕ ·
 ΕΨΩΠΕ ΔΕ ΚΟΥΨΥ
 ΕΒΩΚ ΕΣΟΥΝ ΕΠΩ
 ΝΣ ΖΑΡΕΣ ΕΝΕΝΤΟ
- v. 18. ΛΗ⁴. ΠΕΧΑΔΥ ΝΑΥ ΧΕ
 ΔΨΝΕ · ἸΘ ΔΕ ΠΕΧΑΔΥ
 ÷ ΝΑΥ¹ ΧΕ ΝΝΕΚΖΩΤῆ ·
 ΝΝΕΚῆΝΟΕΙΚ · ΝΝΕΚ
 ΧΙΟΥΕ · ΝΝΕΚῆΜῆΤ
- v. 19. ΓΕ ΝΝΟΥΧ · ΕΚΕΤΔΙΕ
- ΠΕΚΕΙΩΤ¹ ἄΝ ΤΕΚΜΑ
 ΔΥ² Νῆ ΜΕΡΕ³ ΠΕΤΖΙΤΟΥ
- v. 20. ΩΚ ΝΤΕΚΣΕ · ΠΕΧΑΔΥ
 ÷ ΝΑΥ ΝΟΙ ΠΣῆΨΥΡΕ
 ΧΕ ΝΑΪ ΤΗΡΟΥ ΔΙΣΑΡΕΣ
 ΕΡΟΥ ΧΙΝ ΤΑΜῆΤ
 ΚΟΥΪ, ΟΥΟΝ ΠΕ †ΨΔ
- v. 21. ΑΤ ἄΜΟΥ · ΠΕΧΑΔΥ
 ΝΑΥ ΝΟΙ ἸΘ ΧΕ ΕΨΧΕ
 ΚΟΥΨΥ Εῆ ΤΕΛΕΙΟΣ⁴
 ΒΩΚ Νῆ †ΕΒΟΛ Ν
 ΝΕΚ ΣΥΠΑΡΧΟΝΤΑ²
 ΤΗΡΟΥ Νῆ ΤΑΔΥ Νῆ
 ΖΗΚῆ Νῆ ΚΩ ΝΑΚ³ Ν
 ΟΥΔῆ⁴ Νῆ ΕΪ Νῆ ΟΥΔΣΚ Ν
- v. 22. ΟΨΙ · ΑΥΩΤᾶ¹ ΔΕ
 ΝΟΙ ΠΣῆΨΥΡΕ ΕΨΔ
 ΧΕ ΑΥΒΩΚ ΕΥ ΛΥΠΕΪ²
 ΝΕΥῆΤΑΥ ΓΑΡ ἄΜΑΥ
- v. 23. ΝΣΔΣ ΝῆΚΑ · ἸΘ ΔΕ
 ÷ ΠΕΧΑΔΥ ΝΝΕΥ ΜΑΘΗ
 ΤΗΣ ΧΔ ΖΑΜΗΝ¹ †ΧΩ
 ἄΜΟΣ ΝΗΤῆ ΧΕ ΟΜΟ
 Κῆ ΕΤΡΕ ΝῆῆΜΟ ΒΩΚ
 ΕΣΟΥΝ² ΕΤΜῆΤΕΡῆ Ν
- v. 24. ἄΠΗΥΕ · ΠΑΛΙΝ¹
 ΟΝ †ΧΩ ἄΜΟΣ ΝΗ (ΒΑ
 Τῆ ΧΕ ΟΜΟΤῆ² ΕΤΡΕ ΟΥ·
 ΜΟΥΛ ΕΪ ΕΣΟΥΝ ΖΙΤῆ
 ΤΟΥΔΤΒΕ ΝΟΥΖΑΜῆ
 ΤΩΠ, ΕΣΟΥΕ ΕΤΡΕ ΟΥ

Primam alteramque paginam a typographo ita imprimi volui ut sunt in membranis: verba a verbis in reliquis disjungi commodius erit lectori, modo meminerit eam disjunctionem in codicibus ipsis non esse.

Vers. 13) ¹ ΔΥΕΠΙΤΙΜᾶ. Gr. text. ἐπετίμησαν. Ægyptius hoc verbum adoptat: quin imo cum apud Græcos dativum postulet,

stulet, Ægyptius quoque subjungit ΝΔΥ, *ipsis*. Sed Vulg. sua lingua: *increpabant eos*.

Vers. 14.) ¹ Gr. μὴ κωλύετε, *ne prohibeatis, nolite impedire*. Ægyptius verbum idem κωλύειν sahidice detruncatum mutuatur.

Vers. 16.) ¹ Ad initium versiculi hujus spectat numerus marginalis υδ, i. e. 91. Gr. et Vulg. *et ecce unus accedens ait illi*. Ægyptius: *ecce autem unus accessit ad eum dicens*.

² Gr. ἀγαθὲ, *bone*. Æg. ΝΔΓΔΘΟΟ, idem vocabulum græcum retinens, et ægyptiace terminans.

³ Gr. et Vulg. τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα ἔχω, *quid boni faciam ut habeam* etc. Ægypt. *Quid faciam ut accipiam* etc. Itaque vocem ἀγαθὸν non vertit, nisi omissa sit ab exscriptore.

Vers. 17.) ¹ Gr. etiam: ὁ δὲ, *ipse autem*. Vulg. *Qui*, omittens, *autem*.

² Vulg. *Quid me interrogas de bono?* Ægypt. noster ex græco: *quid me vocas bonum?* Porro Gr. textus quum heic, tum Marc. X. 18, tum Luc. XVIII. 19. semper habet: τί με λέγεις ἀγαθόν, *quid me dicis bonum?* ut etiam Vulgatus: qui cum heic aliter verterit, quam in Marco, et Luca, necessario putandum, in græco Matthæi codice quo utebatur, scriptum fuisse: τί με ἐρωτᾷς περὶ ἀγαθῶ: quo modo aliqui codices etiamnum habent.

³ ΝΔ. *Nisi*. Apud Tukium pag. 568, et seq. ΝΔΒΗΛ, *visi*.

⁴ ΕΝΕΝΤΟΛΗ. Gr. τὰς ἐντολάς, *mandata*. Græci textus vox in Ægyptum transportata.

Vers. 18.) ¹ ΝΔϚ, *ei*. Nec in Gr. est, nec in Vulgato.

Vers. 19.) ¹ Gr. τίμα. Vulg. *honora*. Ægypt. ΕΚΕΤΑΙΕ ΠΕΚΕΙΩΤ, *honorabis patrem tuum*.

² Vulg. *et matrem tuam*. Ita et Ægyptius. Sed Gr. omittit pronomen.

³ ΝΓ ΜΕΡΕ, *et dilige*: aut, si ex præcedentibus subintel- ligatur nota futuri, *et diliges*, ut est in græco, et Vulgato. Μοχ ΠΕΤΖΙΤΟΥΩΚ, *proximum tuum*. Vox addenda Lacrozio, ut et sequens ΖΨΩΨΕ, *adolescenzulus*, Memphitice ΗΕΛΩΗΗ.

Vers. 21.) ¹ Gr. text. τέλειος εἶναι, *perfectus esse*. Ægypt. græci textus vocem mutuatus: Εἴτεθειος.

² Gr. σὺ ἰπόσχοντα, *quæ habes*: aut *substantias tuas*. Æg. vocem græcam retinens: ΝΕΚ ΖΥΠΔΓΧΟΝΤΔ.

³ ΝΓ ΚΩ ΝΔΚ, *et pone tibi*, i. e. *et habebis*. Vid. Tuk. p. 126.

⁴ Gr. et Vulg. *in calo*. Ægypt. *in calis*.

Vers. 22.) ¹ Gr. ἀέσας. Vulg. *cum audisset*. Æg. *audiris*.

² Gr. λυπέμενος, *tristis*. Noster græco themate, εϕλυπεῖ, *contristatus*. Paulo post sequitur, ἸἸκδ, idest, ut Gr. et Vulg. habent, κτήματα, *possessiones*. Sic etiam vers. 27. Ἰκδ̄ ΝΙω, *omnia, omnem possessionem*. Nomen vero thebaidicum Ἰκδ, *res, possessio*, κτήμα, ductum est ex Memphitico ΕΝΧαι, si Memphiticam dialectum Thebaidica vetustiorē ponamus: alioquin ΕΝΧαι ducendum vicissim erit ex Ἰκδ. Utra vero antiquior sit, quis audeat definire? Homines sane ubique terrarum agros prius incoluerunt, quam in urbibus, oppidisve congregarentur: verisimile igitur est plerasque linguas ex agris potius in urbes initio migrasse, quam ex urbibus in agros. Ægyptia vero utrum e superiore Ægypto in inferiorem, an contra ex inferiore in superiorem derivata probabilius dicatur, aliorum esto iudicium.

Vers. 23.) ¹ Mendum. Pro Χδ scribe Χε. Quod spectat ad Ζαμην, videntur Thebaidis incolæ pro *amén* pronunciassē *Hamén* cum aliqua dulci aspiratione: quæ tamen nullum heic locum habere deberet, et Memphi non habebat. Sed Thebaidenses cum initio cujuslibet fere græcæ vocis a vocali incipientis præponant notam Ζ, videntur hanc ipsam et pro tenui, et pro denso spiritu habuisse: a vehementiori autem memphitarum aspiratione adeo abhorruerunt, ut ea numquam omnino usi sint, ea fere ratione qua densiorem Florentinorum aspirationem in syllabis *co, ca* etc. reliqui Itali irrident.

² Gr. et Vulg. *Difficile intrabit*. Ægypt. *difficile est ut intret*. Ρῶμιο, *dives*. Memphitice, Γδμιο.

Vers. 24.) ¹ Πδλιν. Græcus etiam, πάλιν.

² In voce Ομοῦν, *facile est*, et Ομοῦν *Difficile est*, littera Ο nota est tertiæ personæ femininæ, pro neutro, quo Ægyptii carent, positæ. Radix memphitica ΜΟΤΕΝ affertur a Lacrozio, ut et ΜΟΚε.

Sequitur nunc quarta pagina numero Ζς signata. Hanc quoque ita exhibemus, ut eam versuum distributionem seruemus, quæ est in membrana: reliquas vero in posterum ut plenis etiam versibus componat typothetæ permitto, ne in plagulis vacua identidem spatia remaneant: adhibita enim hactenus accuratio ibi tantum necessaria est, ubi membrana lacera sit, aut plures literæ interierint.

ρᾶμο βοκ εζογν ετ
 ÷ μῆτεροῦ ἁπνογτε¹.
 v. 25. ἀγρωτῶ δε ἴοι ἁμα
 θητης¹ ἀγρωπηγε
 εματε εγρωμοσ
 ξε εἶε νιμ πετεγῆ
 ὄου ἁμογ εωνῆ².
 v. 26. ἴσ δε ἀγρωτῶ εζογν¹
 εζρω εγρω ἁμοσ²
 ξε ογρωτῶ ἴναζρῆ
 ἴῆρωμε πε παῖ
 ἴναζρῆπνογτε
 δε³ μῆ λαγῶ ἴνατῶου;
 τότε¹ ἀγρωτῶ ἴοι
 v. 27. πετροσ εγρω ἁμοσ
 ναγ ξε εიცηητε
 ἀνον ἀνα ἴκα
 νιμ ἴων ἀνογ
 ἀζῆ ἴωκ' οὔ² ἀρᾶ³
 πετρωωπε ἁ
 v. 28. μον· ἴσ δε πεζαγ
 ναγ ξε ζαμην ἴχω
 ἁμοσ νητῆ ξε ἴ
 τωτῆ νενταγῶα
 ζογ ἴωῖ ζραῖ ζᾶ
 πεζπῶ ἴκεσπ, εγ
 ωδν ζμοσ ἴοι π
 ωηγε ἁπρωμε
 εζᾶ πεθρονος¹ ἁ
 πεφροσ². τετνα
 ζμοσ ζωτθητῆ
 ζι μῆτεροσ ἴρο

noc ἴτετῆκρῆνε ἴ
 τμῆτεροσγεεῶφγ
 v. 29. λη ἁπρωαηλ³ ἀγρ
 ογον νιμ ενταγ
 κα ἴ¹ ἴωγ, ἴ con
 ἴ ωνε· ἴ ειωτ.
 ἴ μαγ. ἴ σζιμε·
 ἴ ωηγε· ἴ σωγε
 ετβε παρᾶν' ἴνα
 ζιτογ ἴζαζ ἴκωβ²
 ἀγρ νῆ κληρονο
 μει³ ἁπωῆζ ωα
 v. 30. ενεζ· ογν ζαζ ἴωο
 ρῆ ναῖζαε' ἴτεν
 ζαε εγρωορῆ: εσ
 c. 20. τῆτων γαρ¹ ἴοι τμῆτ
 v. 1. ερῶ ἴπῆγε εγρω
 με ἴρᾶμο' παῖ εν
 ταγεῖ εβολ εζτοογε
 εθνεεργατης² επεγ
 v. 2. μαελοολε· ἀγρωῆ
 τῶ δε μῆ νεργατης
 εγκατεερε ἁπεζοογ
 ἀγροογσε'² επεγμα
 v. 3. νελοολε· ἀγεῖ δε ον
 ÷ εβολ ἁπναγ¹ ἴζῆπ
 ωομτε' ἀγναγ ε
 ζενκοογε εγδερᾶ
 τογ ζῆταγορᾶ² ερογ
 v. 4. οσῆ' πεζαγ ἴῆκο
 ογε¹ ξε βοκ ζωτθηγ

¹ Vulg. *cælorum*. Gr. text. et Æg. Int. *Dei*.

Vers. 25.) ¹ Gr. text. addit, *αὐτῆ*, *ipsius*. Vulg. et Æg. non habent.

² Gr. et Vulg. *σωθῆναι*, *salvus esse*. Æg. *vivere*, eodem tamen sensu: nim. *vitam æternam consequi*, ideoque οὐχδῖ, *salvari*.

Vers. 26.) ¹ ΕΖΟΥΝ. Hæc primo occurrit in codice pro litera N nota illa supra γ, ex qua Kircherus Ægyptium alphabetum illustrans suam illam N finalem inter literas recensuit. Ejus formam mox habebis in primo Specimine. Græcis quoque in codicibus compendium hujus modi conspicitur. Aliquando tamen ita efformatum fuit, ut non compendium esset, sed litera ipsa N brevissimis cruribus, et longissima diagonio, ut sæpius in vetustis codicibus vidi.

² Gr. et Vulg. *aspiciens ... dixit illis. Ægypt. aspexit illos dicens.*

³ Gr. et Vulg. *omnia possible sunt. Æg. noster: nihil est impossibile.* Vide in 1. Specimine lin. 2.

Vers. 27.) ¹ Totum hunc vers. 27. affert Tukius pag. 221, sed a typographo mendis inquinatum, et ex nostro codice emendandum.

² ΟΥ̇ cum accentu, *quid?* ut distinguatur ab articulo indefinito ΟΥ.

³ Gr. text. τί ἄρα, *quid ergo, aut, quidnam?* Æg. noster græcam particulam dPa retinet, accentumque in fine ægyptio more librarius superscribit. Tukius citato loco dPa vertit *quid*, sed in Ægyptio idem sine dubio valet, ac in græco, nempe *ergo*: ægyptiacum vero ΟΥ̇ valet, *quid?*

Vers. 28.) ¹ In hoc 28. versiculo tres voces e textu græco in suam versionem transfert ægyptias faciens, θρόνος, *sedes*, κρίνειν *iudicare*, et φυλή, *Tribus*.

² Vulg. *majestatis*. Gr. δόξης, *gloria*: quo modo Ægyptius quoque.

³ Ita sine compendio scriptum est in codice: vix alibi reperies: solent enim ægyptii librarii Israelis nomen, aliaque nonnulla semper scribere per compendium.

Vers. 29.) ¹ Ηῖ, *domum*. Ita et Vulg. sed gr. text. οἰκίας, *domos*. Plurimi tamen codd. habent οἰκίαν, *domum*. In sequentibus Gr. et Vulg. pluraliter, *fratres, sorores, filios, agros*. Æg. noster singulariter, *fratrem, sororem, filium, agrum*.

² Νεαδ̄ ΝΚωβ, *multo plura*. Gr. et Vulg. ἑκατονταπλασίονα, *centuplum*. Sed Ægyptius Int. codice usus est qualem citat Millius, ubi scriptum est πολλαπλασίονα.

³ Vulg. *possidebit*. Gr. κληρονομήσει, *hereditabit*. Ægypt. græci textus verbum retinet, ac de more ægyptiace detruncat.

Cap. XX. vers. 1.) Initio hujus capitis codex in margine habet numerum υΒ, i. e. 92. Vocula Γδρ, *enim*, non est in Vulg.

Vulg. sed in gr. textu. εἰρωμε pro εοἰρωμε. Ἰρωμαο, *diviti*. Gr. et Vulg. οἰκοδεσπότη, *patrifamilias*.

² Gr. ἐργάτας, *operarios*. Ægypt. græcum nomen retinet: quod ut plurale e singulari fiat, oportet ΝΕΕΡΓΑΤΗΣ scribere, aut ΝΕΡΓΑΤΗΣ, ut vers. seq. Itaque cum librarius scripserit ΕΘΝΕΕΡΓΑΤΗΣ, *ad conducendos operarios*, videtur omisisse aliam N literam, quæ addenda sit. Periti judicent.

Vers. 2.) ¹ ἀρχυμῆς. Vide Lacrozium in CEUNE.

² Affixum CE valet, *eos*: ut infra. XXI. 3, et Jerem XIV. 14. in tertio fragmento.

Vers. 3.) ἡπνᾶν, *horâ, circa horam*.

² Gr. text. ἐν τῇ ἀγορᾷ, *in foro*. Ægypt. nomen græcum retinet.

Vers. 4.) ¹ Gr. et Vulg. κἀκείνοις ἔπεν, *et dixit illis*. Æg. *dixit aliis, vel, dixit illis quoque*.

Pagina V.

ΞΖ

τῆ ἐπαμνελοολε, ἀγω πετῆ ἡπυᾶ τῆνατάα
v. 5. ΝΗΤῆ' ΝΤΟΥ ΔΕ ΔΥΒΩΚ. ἀγεῖ' ΔΕ ΟΝ ΕΒΟΛ ἡ-
÷ ΠΝΔΥ ΝΧΠΣΟ' Μῆ ΧΠΨΙΤΕ ἀγειρε ζιναι' ΝΤερεχει
v. 6. ΔΕ ΟΝ ΕΒΟΛ ἡπνᾶν ΝΧΠΜῆΝΤΟΥΕ ἀφνᾶν ¹ εζεν
÷ ΚΟΥΕ ΕΥΔΕΡΑΤΟΥ ² ΠΕΧΔΥ ΝΔΥ ΧΕ ΔΕΡΩΤῆ ΤΕΤῆ
v. 7. ΟΥ. ΠΕΧΔΥ ΝΔΥ ΧΕ ΕΒΟΛΧΕ ἡΠΕΛΔΥ ΘΝΟΝ · ΠΕ-
ΧΔΥ ΝΔΥ ΧΕ ΒΩΚ ΖΩΤΤΗΥΤῆ ΕΠΑΜΝΕΛΟΟΛΕ ¹.
v. 8. ΡΟΥΕ ΔΕ ΝΤερεφυωπε' ΠΕΧΔΥ ΝΘΙ ΠΧΟΕΙΣ ἡΠ-
ΜΝΕΛΟΟΛΕ' ἡΠΕΥ ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ¹ ΧΕ ΜΟΥΤΕ ΕΝΕΡΓΑ-
ΤΗΣ ΝΓῆΝΔΥ ἡΠΕΥΒΕΚΕ' ΕΚΑΡΧΕΙ ² ΧΙΝ ΝΖΔΕ ΕΥ-
v. 9. ΨΑΝΤΚΠΩΣ ³ ΝΨΟΡῆ. ἀγεῖ' ΔΕ ΝΘΙ ΝΔ' ΧΠΜῆΝΤΟ-
÷ ΥΕ' ΔΥΧΙ ΝΟΥΣΑΤΕΕΡΕ ΕΠΟΥΑ ¹ ἀγεῖ' ΖΩΟΥ ΝΘΙ ΝΨΟ-
v. 10. Ρῆ ΕΥΜΕΕΥΕ ΧΕ ΕΥΝΔΧΙ ΝΟΥΖΟΥΘ ΔΥΧΙ ΖΩΟΥ ΝΟΥ
v. 11. ΣΑΤΕΕΡΕ ΕΠΟΥΑ. ΝΤΕΡΟΥΧΙΤΣ ¹ ΔΕ ΔΥΚΡῆΡῆ ΕΖΟΥΝ
v. 12. ΕΠΧΟΕΙΣ ² ΕΥΧΩῆΜΟΣ ΧΕ ΝΕΙΖΔΕ ΕΥΟΥΟΥΝΟΥ ΝΟΥ-
ΩΤ ΤῆΤΑΥΔΑΔ ΔΥΩ ΔΚΨΑΨΟΥ ΝῆΜΑΝ' ΝΑῖ ΕΝΤΑΥ-
v. 13. Υῖ ἡΠΒΑΡΟΣ ¹ ἡΠΕΖΟΥ, Μῆ ΠΚΔΥΣΩΝ. ΝΤΟΥ ΔΕ
ΔΦΟΥΨΥΒ ΕΥΧΩῆΜΟΣ ΝΟΥΔ' ἡΜΟΥ ΧΕ ΠΕΨΒΗΡ ¹
ΝῆΧΙ' ἡΜΟΚ ΔΝ ΝΘΟῆΣ ² Μῆ ΕΝΤΑῖΣΜῆΤΣ ΝῆΜΑΚ
v. 14. ΔΝ ΕΥΣΑΤΕΕΡΕ' Υῖ ἡΠΕΤΕΠΩΚ Πῆ ΝΓΒΩΚ' ΤΟΥΨΥ
v. 15. ΔΕ ΔΝΟΚ Εῖ ἡΠΕῖΖΔΕ' ΝΤΕΚΖΕ' ἢ ΟΥΚ ΕΖΕΣΤῆ ΝΑῖ ¹
ΕῖΠΕῖΤΕΙΟΥΨΥ Ζῆ ΝΕΤΕΝΟΥῖ ² ΝΕ. ἢ ΕΡΕ ΠΕΚΒΙΛ' Ο
ἡΠΟ-

v. 16. ἈΠΟΝΗΡΟΣ ΖΕ ΔΝΦ ΟΥΑΓΑΘΟΣ ΔΝΟΚ • ΤΑΪΤΕΘΕ ΕΤΕ
ΡΕ ΝΥΩΡΠΙ ΝΑΡΖΔΕ' ΝΤΕΝΖΔΕ

A D N O T A T I O N E S.

Vers. 6.) ¹ ΔΥΝΔΥ, *vittæ*. Gr. et Vulg. εὔρεν, *invenit*.

² Gr. addit etiam heic, ut superius vers. 3, ἀργῆς, *otiosos*. Vulg. et Ægypt. heic non habent.

Vers. 7.) ¹ Gr. addit: καὶ ὃ ἐάν ἦ δίκαιον, λήψεσθε, *et quod justum sit, accipietis*. Hæc Vulg. non habet heic, neque noster Ægyptius, etsi græcum plerumque sequatur.

Vers. 8.) ¹ Gr. τῶ ἐπιτύπῳ. Ægypt. eandem vocem retinens Thebaica civitate donat.

² ΕΑΚΑΡΧΕΪ. Gr. ἀρχάμενος, *incipiens*. Ægypt. græcum verbum ἀρχεσθαι adhibet terminans in ΕΙ: quæ ægyptia terminatio hujus verbi propria videtur, et exorbitans: græci enim non ἀρχαν dicunt, sed ἀρχεσθαι. Litteræ vero Δ Κ adduntur initio, ut Δ sit nota aoristi temporis vocis ἀρχάμενος, Κ autem de more nota 2. pers. masc.

³ Gr. et Vulg. ἕως τῶν πρώτων, *usque ad primos*. Ægypt. *donec pervenias ad primos*. Radix Memphitica ΦΟΖ nota Lacrozio, Sahidica ΠΩΖ ignota.

Vers. 9.) ¹ Græcus: οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν. Ægyptius: *quelli dell' undecima ora*. Sed Vulg. necessario addit, *venerant*, ob latinæ linguæ inopiam: quod verbum in Gr. et Ægyptio subintelligitur.

² Vulg. *singulos denarios*. Gr. ἀνά δηνάριον. Ægypt. *un denaro per uno*.

Vers. 11.) ¹ ΧΙΤ̄C. Addit pronomen suffixum fem. generis, quod neque græcus habet, nec Vulg.

² Gr. et Vulg. *patremfamilias*. Ægypt. *berum*.

Vers. 12.) ¹ Ex græco textu desumit græca nomina βάρος, *pondus*, et καύσων, *astus*, eaque reddit ægyptia.

Vers. 13.) Gr. ἐτάῳρε, *o sodalis*. Sic etiam Ægyptius noster. Sed Vulg. *amice*.

